

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgerhtine penitential (Bodley 718)

This transcription of Oxford, Bodleian Library, Bodley 718 (2632) was made for the *Carolingian Canon Law* project, and as such complies with the conventions stipulated by the project's guidelines (<http://ccl.rch.uky.edu/producing-transcriptions>). For a description of this manuscript, see <http://ccl.rch.uky.edu/aboutBod718>.

Chapter numbering for has been added in square brackets, and follows that established by Schmitz in his *Die Bussbücher und das kanonische Bussverfahren, nach handschriftlichen Quellen dargestellt* (Düsseldorf, 1898), 661–73.

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

The following ten canons have been added to fols VIv–VIIv by a later hand (s. xi/xii ?), the same hand that added DLEO.1048.4208 to fol. 180v.

[f. VIv] EX DECRETO SANCTI GREGORII PAPE.

Si quis predia beati petri apostolorum principis ubicumque posita in proprietatem suam usurpauerit. uel sciens occultata non propalauerit. uel debitum seruicium exinde beato petro non exhibuerit. recognoscat se iram dei. et sanctorum apostolorum uelut sacrilegus incurrere. Qui autem in hoc crimine deprehensus fuerit: eandem hereditatem beati petri legitime restituat. et pecunia quadruplici de propriis bonis restituat.

Source *CROM.1078.11 (ed. Caspar, reg. no. 6.5b, p. 405)*¹

IDEM.

Decimas quas in usum pietatis concessas. esse. canonica auctoritas {sic} demonstrat. a laicis possideri apostolica auctoritate prohibemus. Siue ab episcopo uel regibus uel quibuslibet personis eas acceperint. nisi ecclesie reddiderint: sciant se sacrilegii crimen committere. et eterne dampnationis periculum incurrere.

Source *CROM.1078.7 (ed. Caspar, reg. no. 6.5b, pp. 404–05)*

IDEM.

Quia dies septime ferie apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus. nos eorundem auctoritatem sequentes ammonemus. ut quicumque se christianę religionis participem. esse. desiderat. ab esu carniū eadem die. nisi maiori festiuitate uel infirmitate impediēte abstineat.

Source *CROM.1078.8 (ed. Caspar, reg. no. 6.5b, p. 405)*

¹ Canon 10 from this same council has been added to fol. 180r by a (different) later hand ('Exeter scribe 9').

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

AVGVSTINVS EPISCOPVS SVPER PRESBITEROS {PS with macron over S, perhaps for PSALMOS ?}

Si quis episcopum. presbiterum. uel diaconum falsis criminibus impetierit. et probare non potuerit. huic nec in fine dandam communionem.

Source

CELV.300.75

Absente aduersario accusator *non* audiatur. Neque absens accusare uel accusari per alium poterit. Nec affinis testis admittatur. Omnis accusacio intra prouinciam audiatur. et a comprouincialibus terminetur. Quęcumque negocia in suis locis ubi orta sunt finienda sunt. [f. VIir]

Source (absente ... testis admittatur)

DFEL.269.†143, c. 13, partial, abbrev.

Source (omnis accusacio ... finienda sunt)

Cap.Angilramni 9, partial, abbrev.

QUOD NEQVAQVAM UNVS PLVRA TENEAT OFFICIA.

SINGVLA ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis committi debere beatus papa gregorius iubebat. asserens. quia sicut in uno corpore multa membra habemus. omnia autem [membra] non [eundem actum] habent: {Rm 12, 4} Ita in ecclesię corpore secundum ueridicam pauli sententiam. in uno eodemque spiritu alii conferendum est hoc officium. alii committendum. est. illud. Neque uni. quamlibet exercitatę personę: uno tempore duarum rerum officia committenda {corr. from committendas ?} sunt. Quia si totum corpus. ubi oculus. ubi auditus? Sicut enim uarietas membrorum quę per diuersa officia. et ruborem corporis seruat. et pulchritudinem representat: ita uarietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa. et fortitudinem et uenustatem sanctę dei ecclesię manifestat. Et sicut indecorum est ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirum est noxium simulque turpissimum. si singula rerum ministeria. personis totidem non fuerint distributa. Hinc est quod quibusdam ambitiosis sicut in suis litteris inuenitur. moderationis frena frequenter imposuit. Vnde anthemio subdiacono. pro pascasio episcopo. qui per semetipsum sibimet maior domus. et uicedominus permanebat. inter cetera precepit dicens. Uolumus autem ut frater noster pascasius et uicedominum sibi ordinet. et maiorem domus. quatinus possit uel hospitibus superuenientibus

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

uel causis quę inueniuntur. idoneus et paratus existere. Si uero [f. VIIv] uel negligentem eum prospicit. uel ea quę dicimus implere differentem omnis clericus adhiberi debet. ut communi consilio ipsi eligant quorum personę ad ea quę prediximus possint ordinari.

Source *IOHAN.DIAC. Vita Gregorii 2.54 (PL 75, cols. 110D–111C), abbrev., adapted*

DECRETA SANCTI GREGORII PAPE.

Quicumque militum uel cuiuscumque ordinis uel professionis persona predia ecclesiastica. a quocumque rege. seu seculari principe. uel ab episcopis inuitis seu abbatibus uel aliquibus ecclesiarum rectoribus suscepit. uel inuaserit. et eorundem raptorum decreto seu uicioso consensu tenuerit. nisi eadem predia ecclesiis restituerit: excommunicationi subiaceat.

Source *CROM.1078.1 (ed. Caspar, reg. no. 6.5b, pp. 402–03)*

IDEM.

QVONIAM inuestituras ecclesiarum contra statuta sanctorum patrum a laicis personis in multis partibus cognouimus fieri. et ex eo plurimas perturbationes in ecclesia oriri. ex quibus christiana religio conculcatur: decreuimus ut nullus clericorum inuestituram episcopatus. uel abbacię. uel ecclesię. de manu imperatoris uel regis. uel alicuius laicę personę uiri uel femine suscipiat. Quod si presumpserit recognoscat. inuestituram illam apostolica auctoritate irritam. et se usque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

Source *CROM.1078.3 (ed. Caspar, reg. no. 6.5b, p. 403)*

IDEM.

Ut nullus abbas decimas et primicias. et reliqua quę secundum statuta canonum ad episcopos pertinent. sine auctoritate romani pontificis seu episcopi consensu in cuius diocesi habitat detineat. apostolica sanctione firmamus.

Source *CROM.1078.9 (ed. Caspar, reg. no. 6.5b, p. 405)*

EVCHARISTIVS PAPA.

Mala audita nullum moueant. nec passim dicta absque probatione quisquam umquam credat. [f.

VIIIr]

Source *DEVA.97.†20, c. 11, partial*

* * *

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI PAENITENTIALIS XX

I. Quæ sint capitula {capitalia *corr.*} crimina

II. De minoribus peccatis

III. De sodomitis

IIII. De parricidis et *fratricidis*

V. De cupiditate ceterisque flagitiis

VI. De homicidio

VII. Qualiter pænitentia agatur

VIII. De pænitentia clericorum

VIIII. De iuramento eiusque medicina

X. De abstinentia et machina mulierum

XI. De auguriis uel diuinationibus

XII. De minutis peccatis. et eorum pænitentia

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

XIII. De furto eiusque cura

XIII. De ebrietate eiusque medicina

XV. De eucharistia

XVI. De diuersis causis

XVII. De redemptione pænitentiae

XVIII. Quomodo breuiari possit pænitentia

XIX. Qualiter sacerdos pænitentem suscipere debeat [f. VIIIv]

XX. De confessione sacerdotum et omnium clericorum

EXPLICIUNT CAPITVLA LIBRI PRIMI.

{the greater part of this page left blank, with the following incipit written at the bottom}

**INCIPIT EXCERPTIO DE CANONIBVS CATHOLICORVM PATRVM
PAENITENTIALIS LIBRI AD REMEDIVM ANIMARVM ECGBERHTI.
ARCHIEPISCOPI EBVRACAE CIVITATIS. [f. 1r]**

INSTITVTIO² ILLA QVÆ FIEBAT IN DIEBVS PATRVM *nostrorum* rectas uias numquam deseruit. qui instituerunt pænitentibus atque lugentibus suas passiones ac uitia medicamenta salutis æternæ. quia diuersitas culparum. diuersitatem facit pænitentibus medicamentorum. Nam si medici corporum diuersa medicamenta uel potiones solent facere contra diuersitatem infirmorum. uel iudices sæcularium causarum diuersa iudicia recte atque diligenter tractant quomodo recte iudicent inter miseros et diuites. Inter causam et causam: quanto magis sacerdotes dei diuersa medicamenta animarum inuisibilium hominibus pensare et tractare oportet. ne per

² Institucio illa que fiebat in diebus patrum *add. in upper mg. by modern hand*

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

stultum medicum uulnera animarum fiant peiora. propheta dicente. Computruerunt et deteriorauerunt cicatrices [f. 1v] meæ. a facie insipientiæ meæ. {Ps 37, 6} **O** stultę medice. noli decipere animam tuam et illius. ne duplicem poenam accipias. uel septuplam. uel millenam audi *christum* dicentem. Si cæcus cæcum duxerit. nonne ambo in foueam cadunt? {Lc 6, 39} Non intelligis quod iudex iustus et fortis uidet et audit et in palam abscondita deducet. et reddet unicuique secundum opera ipsorum? uere sunt nonnulli cęcorum sacerdotum canum similitudine currentium ad cadauera mortuorum. uel more coruorum uolantium. **Q**ui dum ad sacerdotium euehuntur. non propter *deum*. sed plus propter honorem terrenum inhiantes cæci diuinæ sapientiæ existunt. **D**e talibus dixit gregorius nazzenus. {nazzenus *corr.*} timeo quod canes adsectantur officium pastorale. maxime cum in semetipsis nihil pastoralis præparauerunt disciplinę. **H**iezechihel namque ait. Ue pastoribus israhel qui pascebant semetipsos. et non greges meos. **L**ac bibebant. et lanis eorum operiebantur. **E**t quod frac[f. 2r]tum fuit non alligabant. et quod crassum fuit manducabant et cetera. {Ez 34, 2–4} Item ezechiel ait. **V**e sacerdotibus qui comedunt peccata populi mei. {Os 4, 8; cf. Ez 44, 29} hoc est. sibi eorum sumentes uictimam et non orant pro eis comedentes hostias. et non corripientes. **Q**ui ubi morituros homines audiunt inde gaudentes preparant se ad prædam. quasi corui ad cadauera mortuorum. **N**unc ergo *fratres*. qui uoluerit sacerdotalem auctoritatem accipere. In primis propter *deum* cogitet et preparet arma eius antequam manus *episcopi* tangat caput ipsius. id est psalterium. lectionarium. antiphonarium. missalem. baptisterium. martyrlogium In anni circulum ad predicationem. et comptum cum cyclo. hoc est ius *sacerdotum*. postea autem penitentialem. **Q**ui hoc ordine secundum auctoritatem canonum ordinandus est: ut discretiones omnium causarum meditetur. sine quibus rectum iudicium non potest stare: quia scriptum est. In nulla re appareas indiscretus. sed distingue [f. 2v] quid. ubi. quamdiu. quando uel qualiter debeas facere. Non omnibus ergo in una eademque libra pensandum est. licet uno constringantur uitio. sed discretio sit inter unumquemque eorum. hoc est inter diuitem et pauperem. liberum et seruum. infantem et puerum. iuuenem et adolescentem atque ætate senem. hebetem et gnarum. laicum et clericum siue monachum. *episcopum*. presbiterum. diaconum. subdiaconum. lectorem. in gradu positum. uel sine. in coniugio uel sine. Inter uirginem et feminam. *canonicam* uel *sanctimonialem*. Inter debiles et infirmos uel sanos. et de qualitate corporum uel hominum. **C**ontinentes uel incontinentes. uoluntate uel casu. in publico uel in abscondito. quali conpunctione emendet. necessitate uel uoluntate. loca et tempora discernantur. **H**anc institutionem consolationum

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

constituerunt *sancti apostoli*. deinde *sancti patris*. deinde alii atque alii. ut hieronimus. agustinus. gregorius. et theodorus. ex quorum omnium [f. 3r] ista descripsimus dictis et sententiis. ueraciter ut salui sint omnes et non pusillanimes. quia potentes potenter tormenta patiuntur. **Item** in hiesu filii sirac. In iudicando esto misericors. pupillis ut pater. et pro uiro matri illorum. {cf. Dt 27, 19; Ier 5, 28; Lc 6, 36} **Item** *sanctus* iacobus dicit. Iudicium sine misericordia erit illi qui non facit misericordiam. et superexaltet misericordia iudicium. {Iac 2, 13} ut idem ipse consequatur. ut ait *sanctus benedictus*. **Hoc** est ueram pœnitentiam facere. in ieiunio et fletu. in elemosinis. in orationibus. et perpetrata Iterum non facere. et si fecerit. non perseueret in eis. quia *deus* dixit. **Malum** cogitasti. ignoui. malum dixisti. ignoui. malum fecisti. ignoui. perseuerare in malo. non ignosco. {Sir 21, 1} **Ergo** eis qui perseuerant in malo non ignosce. sed iudica districtum iudicium secundum canones. ut alii *timorem* habeant;

Source (item ezechiel ait ... non corripientes)

Coll.Hib.A 2.17.a

Source (in nulla re ... qualiter debeas facere)

ISIDORE, Syn. 2.78

II. HAEC SVNT IVRA SACERDOTVM QVAE TENERE DEBENT:

Vt unusquisque sacerdos *æcclesiam* suam [f. 3v] cum omni diligentia ædificet. et reliquias *sanctorum* cum summo studio uigiliarum noctis et diuinis officiis conseruet.

Vt omnes sacerdotes horis competentibus diei et noctis suarum sonent *æcclesiarum* signa et sacra tunc deo celebrent officia. et populos erudiant. quomodo aut quibus *deus* adorandus est horis.

Vt omnibus festis et diebus dominicis unusquisque sacerdos euangelium *christi* prædicet populo.

Vt unusquisque sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiat. ut sciant qualiter decimas totius facultatis *æcclesiis* diuinis debite offerant.

Vt ipsi sacerdotes a populis suscipiant decimas. et nomina eorum quicumque dederint scripta habeant. et secundum auctoritatem canonicam coram timentibus diuidant. et ad ornamentum *æcclesie* primam eligant partem. secundam autem ad usum pauperum atque peregrinorum [f. 4r] per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensent. tertiam uero sibimetipsis sacerdotes reseruent.

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

Vt unusquisque sacerdos orationem dominicam et symbolum populo sibi commissio curiose insinuet. ac totius religionis studium et christianitatis cultum eorum mentibus ostendat.

Vt cuncti sacerdotes precibus assiduis *pro* uita et imperio domni imperatoris et filiorum ac filiarum salute orent.

Vt unusquisque sacerdos cotidianis assistat orationibus pro pontifice cuius gubernatur regimine.

Vt nullus sacerdos in domibus uel aliis locis nisi in æcclesiis dedicatis celebrare missas audeat.

Vt a cunctis sacerdotibus ius et tempus baptismatis temporibus congruis *secundum* canonicam institutionem cautissime obseruetur.

Vt omnes sacerdotes quibuscumque horis. omnibus indigentibus baptismum infirmi[f. 4v]tatis causa diligentissime tribuant.

Vt nullus presbiter sacrum officium. siue baptismatis sacramentum. aut aliquid donorum spiritualium pro aliquo pretio uendere presumat. ne uendentes et ementes in templo columbas imitentur. et pro his que adepti sunt. {*per add. sup. lin.*} gratiam diuinam non pretia concupiscant terrena. sed solam regni cælestis gloriam *promereantur* accipere.

Vt nullus presbiter a sede *propria sanctę æcclesię* sub cuius titulo ordinatus fuit ammonitionis causa ad aliam pergat æcclesiam sed In ea deuotus usque ad uitę *permaneat* exitum.

Vt nullus ex sacerdotum numero ebrietatis uitium nutriat. nec alios cogat per suam iussionem inebriari.

Vt nullus sacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem. nec in sua domu in qua ipse habitat ullam mulierem umquam permittat habitare.

Nulli {*ut praem. in mg.*}³ sacerdotum liceat fideiussorem esse. neque derelicta propria lege ad sæcularia [f. 5r] iudicia accedere presumat.

Nemo {*ut praem. in mg.*} sacerdotum ex numero arma pugnantium umquam portet. nec litem contra *proximum* ullam excitet.

³ This and the following marginal correction made by a later hand.

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

Vt nullus presbiter edendi aut bibendi causa. gradiatur in tabernis.

Vt nullus sacerdos quicquam cum iuramento iuret. sed simpliciter cum puritate et ueritate omnia dicat.

Vt cuncti sacerdotes omnibus illis confitentibus eorum crimina dignam pænitentiam cum summa uigilantia ipsis indicent. et omnibus infirmis ante exitum uitæ uaticum et communionem corporis christi misericorditer tribuant.

Vt *secundum* diffinitionem sanctorum patrum. si quis infirmatur a sacerdotibus oleo *sanctificato* cum orationibus diligenter unguatur.

Source

GHAERBALD Cap. I

I. *{sic}* QVAE SINT CAPITALIA CRIMINA

[1.1] Nunc igitur capitalia crimina secundum canones explicabo. **Prima.** superbia. inuidia. fornicatio. inanis gloria. ira longo [f. 5v] tempore. tristitia. auaritia. uentris. ingluuies. **Et** agustinus adiecit sacrilegia. id est sacrarum rerum furtum. et hoc per maximum est furtum. uel idolatriis seruientes. id est auspiciis et cetera. **De**inde adulterium. falsum testimonium. furtum. rapina. ebrietas assidua. idolatria. molles sodomitę. maledici. periuri. **Ista** ergo capitalia crimina *sanctus* paulus et agustinus. et alii *sancti* patres computauerunt. **Pro** istis fieri oportet elemosinas largas. et longo tempore ieiunium teneatur. ita ut alii uideant. **Pro** capitalibus. id est adulteriis. homicidiis. periuriis. fornicariis. et similibus. laicus IIII annos. clericus V. subdiaconus VI. diaconus VII. presbiter X. *episcopus* XII peniteat.

III. *{sic}* DE MINORIBVS PECCATIS.

[2.1] Id est furtum. falsum testimonium. et similibus. laici I annum. clerici II. subdiaconus III. diaconus IIII. presbiter V. *episcopus* VI annos pæniteat;

III. DE SODOMITIS.

[2.2] Item sodomitę si in consuetudine erit. *episcopus* [f. 6r] XIII. annos. presbiter XII. diaconus X. subdiaconus VIII. {*corr. from VIII ?*} clericus VII. laicus V. [2.3] Monachus si fornicationem facit cum ancilla dei VII annos pæniteat. [2.4] Si cum puella III pæniteat. [3] Quidam VII annos. quidam XIII et VII cum eis;

V. DE CVPIDITATE CETERISQVE FLAGITIIS:

[4.1] Item si quis cupidus aut auarus uel ebriosus. uel superbus. uel inuidiosus. *uel* rapax. uel iracundia longa. uel maledicus fuerit. et his similia quę enumerare longum est: III annos pæniteat. [4.2] Item si clericus cum quadrupede fornicauerit II annos pæniteat. subdiaconus III. diaconus V. presbiter VII. *episcopus* X. [4.3] Qui cum matre fornicauerit. XV annos pæniteat [4.4] si cum filia uel sorore XII annos. pæniteat. [4.5] Qui cum fratre naturaliter fornicauerit. per commixtionem carnis ab omni carne se absteat. et XV annos pæniteat. Si clericus uenationes exercuerit I annos {*sic*} pæniteat. diaconus II presbiter III. [4.6] Si mater cum filio suo paruu[f. 6v]lo fornicauerit III annos absteat a carne. et diem I in ebdomada ad *uesperum* ieiunet. [4.7] Si presbiter uel diaconus uel monachus uxorem duxerit in conscientia populi. deponatur. [4.8] Si adulterium perpetrauerit cum ea. et in conscientia populi deuenit: {*sic*} proiciatur extra eęcclesiam. et inter laicos pæniteat quamdiu uiuat. [4.9] Qui dimiserit uxorem suam alteri coniungi: VII annos pæniteat.

VI. DE HOMICIDIO.

[4.10] Si clericus homicidium fecerit et proximum suum occiderit X annos pæniteat: exul VII. si odii meditatio fuit. [4.11] Si laicus per furorem homicidium fecerit et odii meditationem: IIII uel V uel VI annos pæniteat: si per rixam III. Qui casu occiderit nolens I annos. {*sic*} [4.12] Item qui immolant dæmonibus uel imaginibus: si consuetudo est X annos pæniteat. {*sic*} In minimis I annos {*sic*} pæniteat. [4.13] auguria uel diuinationes V annos pæniteat: [4.14] et missores tempestatum VII annos pæniteant;

VII. QVALITER PÆNITENTIA AGATVR. [f. 7r]

[4.15] **Ab** uno anno et deinceps de qualicumque peccato in unaquaque ebdomada. tres dies sine uino et medone et carne ieiunet ad uesperam: et manducet de sicco cibo. et tres *quadragesimas* *semper* de sicco cibo comedat. et ieiunet tres dies ad nonam. et tres ad uesperam. [4.16] **Et** in diebus dominicis. et in natale *domini* IIII dies. et in epiphania. et in pascha usque in albas. et in ascensione *domini*. et in pentecosten. et *sanctæ* *marixæ*. et *sancti* *michaelis*. et *sancti* *iohannis* *baptistę*. et XII *apostolorum*. et *sancti* *martini*. et illius *sancti* festiuitate qui in illa prouincia est faciat caritatem sicut sui compares [4.17] clerici siue laici. **Ebrietatem** et uentris distensionem in omnibus caueat. faciat quod *apostolus* dicit. siue manducetis siue bibatis. aut quicquit *{sic}* facitis. omnia ad gloriam *dei* facite. **Tunc** ergo digna pænitentia est. si hoc modo impleatur.

VIII. DE CLERICORVM PAENITENTIA.

[5.1] **Item** in canone *apostolorum* iudicatur. ut *episcopus* presbiter et diaconus qui fornicatione aut [f. 7v] periurio aut furto captus est deponatur non tamen communionem priuetur. [5.2] **Si** quis pontifex fornicationem faciens naturalem. indicauerunt quidam ut XII annos pæniteat. et per multas lacrimas et elemosinas ueniam a *domino* petat; **Post** annos uero III *uel* IIII leuius pæniteat. [5.3] **Presbiter** fornicans cum puella non prelato monachi uoto: annos III *uel* IIII et *quadragesimas* III quarta feria et sexta *semper* de sicco cibo comedat. [5.4] **Si** cum ancilla *dei* aut cum masculo plus addatur. id est VII annos si consuetudo est; [5.5] **Similiter** diaconus si monachus non est II *uel* III annos: sic et monachus sine gradu. si cum puella fornicatus fuerit III annos. [5.6] **Si** diaconus et monachus est V *uel* VI annos pæniteat. [5.7] clericus sine uoto monachi fornicationem faciens I annos. *{sic}* si frequenter II annos. [5.8] **Si** cum canonica II. si frequenter III annos pæniteat. [5.9] **Si** genuerit filium plus pæniteat. id est IIII *uel* V annos. alii dicunt VII. et exul fiat. [5.10] **Sic** et uirgo *sanctimonialis*. si cum laicis fornicata fuerit. sicut clerici sine gradu. **Qui** canonici sunt I [f. 8r] annos. si frequenter II annos pæniteat. **In** gradu autem. sicut monachus *{scilicet sine gradu gl. sup. lin.}* id est III annos pæniteat. [5.11] **Theodorus** dixit. monachus faciens fornicationem. VII annos pæniteat. [5.12] **Si** monachus est

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

querens fornicationem et non inueniens I annum et dimidium pēniteat. [5.13] Iterum monachus fornicationem faciens cum puella. III. [5.14] si cum sanctimoniali VII annos pēniteat. [5.15] Laicus maculans se cum ancilla dei II annos. si genuerit ex ea III pēniteat. [5.16] Si autem sine coniugio sunt III^{or} quadragesimas quidam XL dies iudicant. [5.17] Item sodomitæ. quidam X annos. id est qui sepe fecerit. uel in gradu. quidam VII quidam I ut molles. quidam C diebus ut pueri pēniteat. [5.18] Uiri inter femora fornicantes I annum. iterans II. [5.19] si autem in tergo fornicans III annos. si pueri. annum. [5.20] Qui cum pecude peccauerit. uel cum iumento X annos pēniteat. quidam VII quidam III quidam I quidam C diebus ut pueri pēniteant. [5.21] Oportet discretionem. esse. inter qualitatem pecudum uel hominum. sicut supra diximus. [5.22] Iterum. episcopus si cum quadrupede fornicauerit VII annos. si in consuetudine est X. presbiter [f. 8v] V. diaconus IIII. clericus II pēniteat;

IX. DE IURAMENTO EIVSQVE MEDICINA.

[6.1] Qui iuramentum fecerit in æcclesia aut in euangelio siue reliquiis sanctorum VII uel XI annos alii iudicant. [6.2] Si uero in manu episcopi aut presbiteri aut diaconi. siue in cruce consecrata I annum peniteat alii III uel IIII iudicant. Et qui in cruce consecrata I annum uel VI menses. ut alii. [6.3] Qui autem seductus est ignorans et postea agnoscat I annum uel III quadragesimas. uel XL dies pēniteat. [6.4] Si quis coactus pro qualibet causa necessitatis III quadragesimas alii III annos. unum ex his in pane et aqua ut alii iudicant. [6.5] Item pueri III annos. [6.6] Qui suspicatur priusquam iuramento inducatur et tamen iurat per consensum II annos pēniteat. [6.7] Si quis in manu laici iurauerit. apud grecos nihil est;

X. DE MACHINA MVLIERVM.

[7.1] Mulier abstineat III menses quando concepta est antequam pariat. et post partum LX dies. [7.2] Qui autem nupserit XL dies pēniteat. uel XXX uel XX. [7.3] Qui in matrimonio [f. 9r] sunt. abstineant se III quadragesimas. et in dominica nocte. et in sabbato. et in feria IIII et VI et tres noctes abstineant se antequam communicent. [7.4] Qui in quadragesima ante pascha cognoscit mulierem suam nolens abstinere: I annum uel suum pretium reddat ad æcclesiam uel in

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

pauperibus diuidat. uel XX et VI solidos reddat. [7.5] **Si** per ebrietatem uel aliqua causa acciderit sine consuetudine XL dies pæniteat; [7.6] **Mulier** si diuinationes fecerit uel incantationes diabolicas I annum. uel III quadragesimas. uel XL dies. iuxta qualitatem culpæ peniteat. [7.7] **Mulier** si aliquos interimit arte malefica {sic} sua. id est per poculum aut per artem aliquam. VII annos. [7.8] si paupercula. est. III annos peniteat. [7.9] **Mulier** si occiderit filium suum per homicidium. X annos peniteat. [7.10] **Si** uir cum muliere sua retro nupserit. quomodo qui cum animalibus. **Item** si in consuetudine erit III annos. Si uero in terga nupserit et in consuetudine erit VII annos peniteat.

XI. DE AVGVRIIS VEL DIVINATIONIBVS.

[8.1] **Auguria** uel sortes qui dicuntur *sanctorum* [f. 9v] uel diuinationes obseruare uel quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. uel uouerit in arbore uel in qualibet re excepto æcclesiam. si clerici uel laici excommunicentur ab ecclesia. uel III annos clerici peniteant. laici II uel I et dimidium. [8.2] **Mulier** si filiam suam supra tectum ponit uel in fornacem pro satate {sanitate corr.} febrium V annos peniteat. [8.3] **Nolite** exercere quando luna obscuratur ut clamoribus suis aut maleficiis sacrilegio usu se defendere posse confidant. [8.4] **Caroios** et diuinos precantatores filacteria etiam diabolica uel herbas uel sucino suis. uel kalendas ianuaris secundum paganam causam honorare. si non desinit V annos clericus. si laicus III annos pæniteat.

Source (nolite exercere ... sucino suis)

CAESARIVS, Sermo 13.5 (ed. Morin, p. 67 line 34–p. 68 line 9), abbrev., adapted

Source (kalendas ianuaris ... causam honorare)

cf. CAESARIVS, Sermo 192

XII. DE MINVTIS PECCATIS VEL EORVM PAENITENTIA.

[9.1] **De** ebrietate uel maledictione. uel detractioe causa inuidiæ. uel his similibus. laici VII diebus. uel XIII. clerici VII uel XIII. Subdiaconus II uel III ebdomas. diaconus III uel III uel V uel VI ebdomas pæniteat. [9.2] **Presbiter** si pro turpiloquio seu aspectu coinquinatur. non tamen [f. 10r] uolult fornicari XX dies pæniteat uel quale sit delictum. [9.3] **Presbiter** si osculatus

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

est feminam per desiderium XX dies *peniteat*. [9.4] Si semen fuderit clericus VII dies *peniteat*. diaconus II *ebdomadas*. monachus XX dies. Item presbiter si semen fuderit per cogitationem VII dies *peniteat*. [9.5] Si tangit cum manu III *ebdomadas*. episcopus IIII. Si per cogitationem fudit XX dies *peniteat*. Si monachus VII. Si diaconus IIII. Si clericus II. Si laicus I. Si tangit manu. diaconus. dies XIII. monachus III uel II *ebdomadas*. clericus VII dies *peniteat*. Item alias. si clericus cum manu tangit XXX uel XX dies *peniteat*. quanto magis alii gradus. [9.6] Qui impugnatione mentis uolenter coinquinatus est VII dies *peniteat*. uel quousque cogitatio uincitur. [9.7] Qui in somnis non uoluntate pollutus est. surgat cantetque VII psalmos *pænitentiales*. id sunt. *Domine ne in ira tua*. I. beati quorum. *domine ne in ira tua*. II. miserere mei *deus*. I. *domine exaudi*. I. de *profundis*. *domine exaudi*. II. uel unusquisque *secundum* suam uirtutem. et in mane XXX psalmos cantet. [9.8] Uolens autem [f. 10v] in somnis peccare. siue qui pollutus est sine uoluntate XV psalmos cantet; *Peccans non pollutus*. XIII uel XXIII psalmos cantet. [9.10] Si in somno peccans si ex cogitatione XXV psalmos cantet. [9.11] Si semen fundit in *æcclesia per dormitionem* cantet psalterium. uel III dies *pæniteat*. [9.12] Si uoluntarie semen in *æcclesia* fundit mala cogitatione. Si clericus XXIII dies *pæniteat*. Si diaconus XXV. si presbiter XL. Si episcopus L. si monachus XXX. [9.13] Item. si clericus diligit mente tantum aliquam feminam VII dies *pæniteat*;

XIII. DE FVRTO EIVSQUE CVRA.

[10.1] Si aliquis de ministerio *æcclesię* uel qualecumque opus quolibet modo fraudauerit uel neglexerit VII annos *pæniteat*. [10.2] Si laicus consecrata fraudauerit III annos *pæniteat* sine pinguedine. et tunc communicet. [10.3] Item si quis furtum capitale commiserit. id est quadrupedia uel domos effringerit. si laici I annum *peniteant*. Si maius aliquid fecerit furtum III annos *pæniteat*. uel quomodo sacer[f. 11r]dos iudicauerit. [10.4] Si clericus tale furtum fecerit V annos *pæniteant*. uel quomodo sacerdos iudicauerit. [10.4b] Qui sepe furtum fecerit VII annos *pæniteat*. uel quomodo sacerdos iudicauerit;

XIII. DE EBRIETATE EIVSQVE MEDICINA.

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

[11.1] **Si** quis episcopus uel aliquis ordinatus in consuetudine ebrietatis uitium habuerit. aut desinat aut deponatur. [11.2] **Si** monachus *per* ebrietatem uomitum facit XXX dies pæniteat. [11.3] **Si** presbiter *uel* diaconus *per* ebrietatem uomitum fecerit XL dies pæniteat. [11.4] **Si** clericus XX dies. alii VII dies sine pinguedine. laicus III dies sine ceruisa uel uino uel carne alii XV dies [11.5] si fidelis laicus sit. **Qui** *per* nequitiam alium inebriauerit XL dies pæniteat. [11.6] **Si** uomitum facit infirmitatis causa. sine culpa est. [11.7] **Si** quis *per* ebrietatem euomuerit eucharistiam XL dies pæniteat. Clericus. monachus uel diaconus XL. presbiter LXX. episcopus XC. [11.8] **Si** infirmitatis causa sacrificium uomuerit VII dies pæniteat. quidam psalterium. [11.9] **Si** uero sacrificium dei in ignem proicit [f. 11v] uel in flumen C psalmos cantet. Si canes comedunt talem uomitum C dies pæniteat si scit. si non XL. [11.10] **Qui** Inebriantur contra preceptum domini. hoc est. *per* ebrietatem nimiam. quando statum mentis mutant et lingua balbutit. et oculi turbantur. et uertigo erit. et uentris distensio. ac dolor sequitur. **Si** clericus VI dies pæniteat. **Si** monachus XIII. diaconus III ebdomas. presbiter III. episcopus V. laici III dies. sine uino et carne;

DE EVCHARISTIA.

[12.1] **Si** quis eucharistiam neglegentiæ causa perdiderit I annum peniteat. uel III quadragesimas. uel XL dies. [12.2] **Si** sacrificium in terram ceciderit causa neglegentiæ L psalmos cantet. [12.3] **Qui** neglexerit sacrificium ut uermes in eo sint. aut colorem saporemque non habet XX uel XXX uel XL dies pæniteat. et in igne accendatur. cinis eius sub altare abscondatur. [12.4] si usque ad terram ceciderit. I dies *{sic}* peniteat. [12.5] **Qui** In æcclesia modicam partem perdiderit. et non inuenerit: dies XX peniteat. uel *pro* unoquoque die psalmos LXX cantet. [12.6] **Qui** autem in ple[f. 12r]be suum crismale perdiderit et non inuenerit XL dies pæniteat. uel III quadragesimas. [12.7] **Qui** funderit calicem in fine sollempnitatis missæ XXX dies pæniteat;

XVI. DE DIVERSIS CAVSIS.

[13.1] **Qui** creaturam perdiderit. hoc est. tus. tabulas. aut scedulam. siue sal benedictum. uel panem nouum consecratum. uel aliquid huic simile VII dies pæniteat. [13.2] **Qui** morticina

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

comedit XL dies pæniteat. inscius: sin autem C diebus. [13.3] Qui fraudem facit et scit et est inops. uel hebes VII dies pæniteat. sin autem et infirmi si sciunt XL dies. Qui sepe faciunt III quadragesimas. uel I annum. [13.4] Qui comedit et bibit intinctum a familiari bestia. id est. cane uel catto et scit C psalmos cantet. uel II dies ieiunet. [13.5] Si quid acciderit alicui liquori in quo mus uel mustela mortua inueniuntur. si sæcularis VII dies pæniteat. si cęnobialis CCC psalmos cantet. Qui postea cognouerit quod talem potum biberit. psalterium cantet.⁴ [13.6] sciens autem VII dies pæniteat;

XVII. DE FVRTO. [f. 12v]

[13.7] Pro modico furto XX dies infra XX annos. [13.8] Puer X annorum aliquod furtum faciens XII dies peniteat. [13.9] Si quis tinxerit manum in aliquo cibo liquido et non idonea C palmadas emendetur. [13.10] Si in farina aut in alio loco sicco cibo. aut in pulte aut in lacte coagolatomus {sic} uel mustela mortua inueniuntur. quod in circuitu eius est totum proicietur foras. quod reliquum est manducetur.

ITEM

[13.11] Qui autem hoc quod in pænitentiali scriptum est implere poterit. bonum est: qui autem non potest. consilium damus per misericordiam dei;

XVII. {sic} DE REDEMPTIONE PÆNITENTIÆ.

[13.11] Inprimis pro uno die in pane et aqua L psalmos cantet genuflectendo. aut LXX infra ecclesiam uel in uno loco psallat. sine flectendo genua. uel unum denarium pro die ualet. et tres elemosinę tribus pauperibus pro die ualent. Quidam dicunt percussiones uel palmadas pro die ualere. id est in hieme. in autumnno. et in uerno C percussiones uel palmadas. In æstate CL pal[f.

⁴ Some text (*si quis semicoctum comederit inscius III dies pæniteat uel psalterium cantet*) omitted here due to homoioteleuton.

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

13r] *madas* uel percussiones. **I**tem pro uno mense quod in aqua et pane penitere debet. psalmos mille CC genu flexo. uel sine genu flexo mille DCLXXX et postea omnes dies reficiat ad sextam nisi III et VI *feria* ieiunet ad nonam. a carne et uino abstineat se. alium cibum postquam psallat sumit; **P**ro una *ebdomada* CCC psalmos flectendo genua in *æcclesia*. aut in uno loco *per* ordinem. **Q**ui uero psalmos non nouit et ieiunare non potest. *pro* uno anno in pane et aqua donet in elemosinam. *solidos* XXVI et in unaquaque *ebdomada* uno die ieiunet ad nonam. et alium ad *uesperam*. et tres *quadragesimas* quantum sumat penset. et tribuat medietatem in elemosinis. **I**n secundo anno remissior ei erit *pænitentia* de natale *domini* usque in *epiphaniam*. et illos predictos dies qui supra scribuntur in *pænitentia* non computantur.

ITEM.

[13.11] **Q**ui non potest sic agere *pænitentiam* sicut superius diximus: in primo anno eroget in elemosinam *solidos* XXVI in secundo XX *solidos*: *pro* tertio anno *solidos* XVIII. id sunt *solidos* LXIII; [f. 13v] **P**otentes homines *pro* *culp*is criminalibus faciant ut *zacheus* ait. *domine* omnium bonorum meorum dimidium do. pauperibus. et si aliquid iniuste abstuli. in quadruplum reddo: {Lc 19, 8} et de *mancipiis* suis dimittat liberos. et captiuos redimat. **E**t a quo die desinit peccare. non desinat communicare. sicut apostolus ait. qui *per* corpus peccat. *per* corpus emendet. {cf. 1 Cor 6, 18} hoc est in uigiliis. in ieiuniis. et orationibus ad *deum*. **Q**ui conuersus fuerit. et omne malum fecit. in effundendo sanguine. in furto. in fornicatione. in meditatione et iuramento et omnibus malis. et postea *deo* seruire uult: III *uel* II annos *pæniteat*. uel quomodo sacerdos iudicauerit. **I**pse tamen cogitet de medicamento animarum. quomodo suam et aliorum animas saluare ualeat. **I**n eripiendo. in docendo sanum sermonem. quia qui bene ministrat. bonum gradum sibi acquirit. apud eum qui est super omnia *deus* benedictus in *sæcula* amen

ITEM ALIO MODO.

[13.11] **P**ro uno anno quidam promiserunt III [f. 14r] *triduanas*. interueniente una nocte. alii aiunt XII *triduanæ*. hoc est semel in uno mense. **T**riduanas quidam dixerunt. quidam in uerberibus aut in uigiliis insistendoque *triduum*. alii sic. alii uero sic. **P**retium diei. hoc est *agapem* duobus

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

uel tribus pauperibus. alii totum psalterium. id est in æstate. In hieme uero et in uerno uel autumno uel psalmos. Quidam XII plagas uel *percussiones*. uel plus minus. uel discernat tempora. Quidam in labore alieno. uel in flectendo L uicibus genua. bis desinat. LX ter desinat. CXX sexies desinat. et primo addetur X. secundo XX. superior XX si labor non sit;

XVIII. QVOMODO BREVIARI POSSIT PÆNITENTIA.

[*Dicit s. Bonifacius Archiep.*] Quomodo possumus pænitentiam VII annorum in uno anno penitere. Triduanum *pro* XXX dies et noctes. cantatio psalmodum CXX psalteria *pro* XXII menses. *Pro* uno die L psalmos. et V uicibus *pater noster*. Item *pro* uno die IIII uicibus beati immaculati. et VI uicibus *miserere mei deus*. et LXX uicibus *pro*[f. 14v]sternens se in terra cum *pater noster* dicat iniectionem faciat *pro* uno die. Si uult minus psalterio. et tamen uult penitere. *prosternat* se frequenter In oratorio C uicibus et dicat. *miserere mei deus*. et *dimitte delicta mea*: faciat hoc *pro* uno die. Qui uult confiteri peccata sua. cum lacrimis confiteri debet: quia lacrimæ ueniam non postulant sed merentur. **Roget presbiterum** ut missam cantet *pro* eo. nisi sint criminalia peccata. quæ debet ante lauare cum lacrimis. Cantatio unius missæ. potest XII dies redimere; **Decem** missæ IIII menses XX missæ VII menses XXX missæ XII menses possunt redimere. si uolunt confiteri *cum* lacrimis;

XIX. QVALITER SACERDOS SVSCIPERE DEBET POENITENTEM.

Primum quidem cum susceperis hominem pænitentiam desiderantem: interrogare debes his uerbis. **Credis in patrem et filium et spiritum sanctum.** **RESPONDEAT** Credo. **Credis quod iste tres personę pater et filius et spiritus sanctus** quas modo diximus tres personę sint. [f. 15r] et ipsæ tres unus *deus*? **RESPONDEAT** Credo. **Credis quod in ista ipsa carne in qua modo es resurgere debes. et recipere siue bonum siue malum quod gessisti?** **RESPONDEAT** Credo. **Vis dimittere qui In te peccauerunt omnia. ut et deus dimittat omnia peccata tua. ipso dicente. Si non remiseritis hominibus peccata eorum. nec pater uester cælestis dimittet uobis peccata uestra?** Si uult dimittere. da ei pænitentiam: et si non uult. noli dare ei pænitentiam. et require eum diligenter si est incestuosus: et si uult dimittere ipsa incesta. da ei pænitentiam. Confiteatur enim

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

omnia peccata sua quanta recordari potest: et dicat his uerbis. **M**ulta sunt *domine* peccata mea. in uerbis. infactis. In cogitationibus: et inclinet se ad genua sacerdotis. ipse uero det ei orationem. Ita dicendo.

ORATIO

Exaudi *domine* preces nostras. et confitentis tibi parce peccatis. ut qui {*quem corr.*} conscientiae suae reatus accusat indulgentia tuae miserationis absoluatur. *per dominum nostrum.*

ALIA. [f.15v]

Præueniat hunc famulum tuum. *illum.*⁵ *quæso domine* misericordia tua et subsequatur. ut omnes Iniquitates eius celeri indulgentia deleantur. *per dominum nostrum.*

{*a space was left here for a rubric, though it has not been filled*}

Post expletam pænitentiam. si homo intelligibilis est. ueniat ad sacerdotem. et reconcilietur ab eo. Si uero simplex uel brutus fuerit. statim reconciliet eum. Ita dicendo.

ORATIO

Presta *quæso domine* huic famulo tuo. *illi.*⁶ dignum pænitentiae fructum. ut æcclesie tuæ sancte. a cuius Integritate deuiarat peccando admissorum reddatur innoxius ueniam consequando. *per dominum*

⁵ *illum]* iñ MS; here used as the equivalent of .N., i.e. the nomen of the penitent. Cf. Levison, *England and the Continent*, pp. 246–47.

⁶ *illi]* iñ MS; see preceding note.

ALIA

Omnipotens sempiterne *deus* confitenti tibi huic famulo tuo. illi.⁷ *pro* tua pietate peccata relaxa. ut non plus ei noceat conscientię reatus ad poenam. quam indulgentia tuæ pietatis ad ueniam. *per dominum*.

INCIPIT ORDO CONFSSIONIS SECUNDUM HIERONIMVM. QVALITER CONFITERI DEBEAT CHRISTIANVS PECCATA SVA;

Quando aliquis uoluerit confessionem [f. 16r] facere peccatorum suorum. uiriliter agat. et non erubescat confiteri scelera et facinora sua se accusando. quia inde uenit indulgentia et sine confessione nulla est uenia. Confessio enim sanat. confessio iustificat. confessio ueniam peccatis donat. Inprimis igitur prosternat se humiliter in conspectu dei super terram ad orationem. et fundens lacrimas roget beatam mariam cum sanctis angelis. et sanctis apostolis. et martyribus. confessoribus. et uirginibus. et omnibus electis dei. ut ipsi intercedant pro se ad dominum. ut *deus* omnipotens dignetur ei dare sapientiam perfectam et ueram intellegentiam ad confitendum peccata sua hoc modo dicens.

INCIPIVNT LAETANIAE

Christe audi nos. tribus uicibus.

Sancta maria ora pro me peccatore ad dominum. ut merear uitam possidere æternam. amen.

Sanctę michael ora pro me peccatore. amen.

Sanctę gabrihel ora pro me peccatore. amen.

Sanctę raphahel ora pro me peccatore. amen. [f. 16v]

Omnes sancti angeli orate pro me peccare. {sic} amen.

⁷ illi] in MS; see preceding notes.

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

Omnes sancti archangeli orate *pro* me peccatore. amen.

Omnes sancti chori nouem ordinum cælestium. orate pro me peccatore ad *dominum*. ut merear uitam possidere æternam. amen.

Sanctę petre ora pro me peccatore. amen.

Sanctę paule ora pro me peccatore. amen.

Sanctę andrea ora pro me peccatore. amen.

Sanctę iacobe ora pro me peccatore. amen.

Sanctę iohannes ora *pro* me peccatore. amen.

Omnes sancti apostoli orate *pro* me peccatore ad *dominum*. ut merear uitam possidere æternam. amen.

Sanctę stephane ora pro me peccatore. amen.

Sanctę clemens ora pro me peccatore. amen.

Sanctę sixte ora pro me peccatore. amen.

Sanctę felix ora pro me peccatore. amen.

Sanctę laurenti *{sic}* ora *pro* me peccatore. amen.

Omnes sancti martyres orate *pro* me peccatore ad *dominum* ut merear uitam possidere æternam. amen.

Sanctę benedictę ora pro me peccatore. amen.

Sanctę leo ora pro me peccatore. amen.

Sanctę siluester ora *pro* me peccatore. amen. [f. 17r]

Sanctę gregori ora pro me peccatore. amen.

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

Sanctę agustine ora pro me peccatore. amen.

Omnes sancti confessores orate pro me peccatore ad dominum. ut merear uitam possidere æternam. amen.

Sancta maria ora pro me peccatore. amen.

Sancta cecilia ora pro me peccatore. amen.

Sancta agnes ora pro me peccatore. amen.

Sancta agatha ora pro me peccatore. amen.

Sancta æpeldryþa ora pro me peccatore. amen.

Omnes sanctę uirgines orate pro me peccatore ad dominum. ut merear uitam possidere æternam. amen.

Omnes sancti et electi dei orate pro me peccatore ad dominum.

Omnes sancti quicumque gratiam dei habetis. orate pro me peccatore. amen.

Omnes sancti orate pro me peccatore. ad dominum. ut merear uitam possidere æternam. amen.

**VT AVTEM SVRREXERIT AB ORATIONE. INTERROGET EVM SACERDOS
DICENS. QVOMODO CREDIS.**

RESPONDEAT Credo in unum *deum* patrem omnipotentem. credo in filium. credo in *spiritum sanctum*. credo *uitam* post mortem. credo me resurgere in die iudicii. et hæc omnia credo In *deum uiuum*. amen. [f.17v]

**POST HAEC VERO HVMILITER CONFITEATVR CORAM SACERDOTE PECCATA
SVA DICENS.**

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

Ego confiteor tibi pater cæli et terrę coram hoc altari tuo. *sancto.* et istius loci reliquiis. et coram hoc sacerdote omnia peccata mea. et quicquid dei pietas mihi ad memoriam reducit de cogitationibus malis et de sermonibus otiosis siue inmundis et operibus prauis quæcumque ego feci contra præceptum *domini.* Mea culpa. **RESPONDIT SACERDOS** Indulgeat tibi *dominus.* amen.

Ego confiteor omnia odiosa cordis et corporis mei. Inuidias. detractiones. *periuria.* furta. maledicta. turpiloquia. scurrilitates. mendacia. irrisiones. murmurationes. adulationes. tristitias. uigilias inutiles. carnales concupiscentias pessimas. propter corporis mei uanitates. Mea culpa. **RESPONDIT** Indulgeat tibi *dominus.*

ALIA CONFESSIO.

Ego confiteor quia dei præcepta postposui et transgressus sum *per* superbiam et elationem et pigritiam. et uoluptates Inmundas [f. 18r] *perpetraui* autem fornicationes. pollutiones. luxurias. ebrietates. comesationes. homicidia manifeste et occulte. In anima et corpore. Mea culpa. **RESPONDIT** Indulgeat tibi *dominus.*

ITEM ALIA

Ego confiteor quia ad *patrem* meum et matrem. fratres et sorores. patruos et amitas. consobrinos. siue omnes propinquos et parentes meos secundum dei preceptum et dei uoluntatem honoris obsequium non exhibui. nec in necessitatibus eorum prout potui adfui. et omnes *christianos* sicut *deus* precepit non dilexi. *mulierem* et filios et filias et sorores et nepotes. uel etiam omnes familias domus meæ non correxi. sed luxuriosas adulteras et fornicarias enutriui. et non prohibui: dominicam diem ac sollempnitates *sanctorum* non digne nec deo acceptabiles nec duxi nec custodiui. et nescientibus non annuntiaui. sed ebriose et luxuriose in ipsis me pollui. et alios ad hoc inuitaui et incitaui. decimas omnium bonorum [f. 18v] meorum non reddidi. sed latrocinia et furta abscondi et comedi. Mea culpa. **RESPONDIT** Indulgeat tibi *dominus.* amen.

ITEM ALIA

Ego confiteor quod infirmos et in carcere positos non uisitauī. nudos non cooperui. hospites propter *dominum* non suscepi nec eorum pedes laui. et esurientes et sitientes non refeci. dolentes et flentes non consolatus sum. et inter se discordantes siue parentes meos siue *christianos* rixantes plus ad iracundiam quam ad pacem incitauī. **Quod** maxime credere debui non credidi. et quod credidi {credere *corr.*} non debui credidi. **Mea culpa. RESPONDIT** Indulgeat tibi *dominus*. amen

ALIA

Ego confiteor quia in *sancta* dei ecclesia multa mala cogitauī. et locutus fui. et perpetrui. inordinate et superbe intra *sanctam* æcclesiam steti. sedi. aspexi. *perrexi*. iacui. consensi. intraui. tetigi. **Et** similiter exiui in omnibus locis ubicumque uoluptas corporis mei me *perduxit*. et mecum *perseuerauit* et osculo nefando polluit. **Per** *sanctum* altare. et in ecclesia [f. 19r] consecrata. et in cruce benedicta. et *per sanctas* reliquias. et *per* dei nomen et *sanctorum* nomina et corpora iurauī. **Mea culpa. RESPONDIT** Indulgeat tibi *dominus*. amen.

ITEM ALIA

Ego confiteor quia omnipotenti deo et omnibus *sanctis* eius. et omnibus hominibus bonis inoboediens fui. Contentiosus. odiosus. inuidus. iracundus. auarus. cupidus. rapax. incredulus. Consecratum dei ministerium et *sanctorum* reliquias et *sanctos* libros et *sancta* uasa indignus et pollutus tetigi et portauī et orationem meam neglegenter in conspectu dei feci propter cogitationes inanes et cor lapideum. **Mea culpa. RESPONDIT** Indulgeat tibi *dominus*. amen.

ALIA

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

Ego confiteor quia corpus *domini* et sanguinem eius pollutus corde et corpore sine confessione et pænitentia scienter indignus accepi et non custodiui. nec iudicium *domini* superni perhorruui. **Mea culpa. RESPONDIT** Indulgeat tibi *dominus*.

Ego confiteor quia ieiunia et psalmodias et orationes et insecutiones post cruces debens [f. 19v] nudis uestigiis incedere sicut *deus* præcepit agere et cum omni humilitate cordis et corporis sicut idipsum edictum fuit a regibus et imperatoribus non custodiui nec adimpleui. **Episcopos.** presbiteros abbates monachos canonicos et omnes clericos *ecclesiæ dei* sicut debui non amaui nec dilexi nec honoris obsequium eis prebui sicut *deus* precepit. sed memetipsum *per* carnalia desideria et *per* malam uoluntatem et *per* mala opera contaminaui. dehonestaui. *perdidi.* et uoluntarie diabolo consensi. et in peccatis memetipsum subdidi. **De** his autem omnibus atque aliis innumerabilibus que contra *christi uoluntatem* et omnium *sanctorum* et legem *christianam* feci. et duro corde *perpetraui.* siue ignoranter. siue scienter. siue in cogitatione mala. siue In uerbo siue in opere. uel etiam in assiduitate et delectatione peccati. siue in die siue in nocte. horis atque momentis. siue uigilans siue dormiens. siue qualicumque causa cogitare uoluisssem contra *dei uoluntatem* [f. 20r] **Sic** ego hodie tibi *deus* cæli et terrę omnia confiteor coram *sancto* altari tuo et *sanctis* istius loci reliquiis et coram sacerdote in pura confessione et uera. et bona uoluntate ad emendandum omnia peccata mea deinceps. ut tu *deus omnipotens* qui dixisti nolo mortem peccatoris sed ut conuertatur et uiuat {Ez 33, 11} miserearis animæ meæ et parcas et remittas et deleas omnia peccata atque facinora crimina et omnia scelera atque delicta mea preterita presentia et futura. et *perducas* me absque macula *per tuam magnam misericordiam* in uitam æternam. ad omnium consortia *sanctorum.* et ad gaudia angelorum. in cælo habitantium.

Supplico te *dei sacerdos* ut de his omnibus sis mihi testis in die iudicii. ne gaudeat de me inimicus meus. et dignare *pro me dei clementiam* deprecari. ut donet ueniam et indulgentiam et remissionem omnium peccatorum predictorum hic et in æterna *sæcula sæculorum.* amen.

RESPONDIT SACERDOS. [f. 20v] **Misereatur** sit tibi omnipotens *deus frater.* N. et det tibi ueram humilitatem. ueram pænitentiam. patientiam. sobrietatem. atque tolerantiam. bonum finem bonamque perseuerantiam. **Benedicat** te quoque *deus frater.* N. sanet te *dei filius.* inluminet te

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

spiritus sanctus. Indulgeat tibi *dominus* omnia peccata tua. preterita presentia et futura. et donet tibi bona possidere inuisibilia *per infinita sæcula seculorum*. amen.

TVNC CVM IPSO PROSTERNAT SE SACERDOS ANTE ALTARE. ET SINERI {SI FIERI *corr.*} POTEST AMBO PARITER DICANT CVM FLETV:

Pater noster. Sed libera nos a malo.

Conuertere *domine* aliquantulum. et deprecare.

Adiuua nos *deus salutaris*. Adiutorium nostrum.

Fiat misericordia. Ostende nobis.

ORATIO

Clamantes ad te *deus* dignanter exaudi. ut nos de profundo iniquitatis eripias. et ad gaudia æterna nos perducas. *per dominum*

ALIA

Exaudi *quæso domine* supplicium preces et confitentium tibi parce peccatis. ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. *per*

ALIA [f. 21r]

Michael D. Elliot, February, 2013

Ecgberhtine penitential (Bodley 718)

Deus infinite misericordie et maiestatis in mensæ. famulum tuum. illum.⁸ de tua benedictione benedicas. et omnia eius peccata dimittas. ut sub ope dexteræ tuæ quicquid iusto expetit desiderio. celeri consequatur auxilio. *per dominum.*

POSTEA DICAT SACERDOS ILLI QVI CONFESSVS EST PECCATA SVA ANTE ALTARE DICENS.

Deuerte ab omni malo usque in finem.

Et post hæc recedat humiliter in domum suam orans et custodiens mandata sacerdotis.

FINIT LIBER PAENITENTIALIS ECGBERHTI ARCHIEPISCOPI.

The second half of fol. 21r and all of fol. 21v have been left blank. Since fol. 21v marks the end of a gathering (III), this suggests that the Ecgberhtine penitential was not originally bound with the work that now follows it in Bodley 718 (the Collectio canonum quadripartita). Nevertheless, the fact that the parchment and scribe do not change indicates that, even if they were once separate, these two works were still produced in the same scriptorium by the same scribe. Moreover, the absence of any wearing on fols 21v and 22r indicates that these two sections were joined together very soon after their completion.

⁸ illum] iñ MS; see preceding notes.